



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Precatio ad sanctos. 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

vera facit, primum animæ, cū per
peccatum moritur. Alterum cor-
poris, cum ab anima separatur.
Tertium animæ solius, post di-
cessum ex hac vita. Postremum
animæ & corporis, in iudicio.

Quod quidem genus omnium
grauissimū est. Etenim, ut idē a-
lio loco scribit, Maxima & hor-
renda mors est, separatio vitæ
Dei in æternitate supplicij. At ve-
rò Ambrosius tria solū genera
ponit. Siquidē inter duo prima,
quæ Augustinus constituit, my-
sticam mortem collocat, quæ tū
demum locum habet, cum quis
peccato moritur, ac Deo viuit,
iuxta illud Apostoli, Consepulti
estis cum eo in morte per bap-
tismum.

*Li. 6. ca.
ult. de
ciuit. Dei*

*Amb. lib.
de bono
mort. ca.*

3.

Rom. 6.

Precatio ad sanctos.

28.

e iiij

S A C R A

Immemor officij Pharius pincerna, recepto
 Nil præter curat pocula sola gradu.
 Non ita te, queso, capiant obliuia nostri,
 O, quæ sydereæ viuis in ede, cohors.
 Sed tua sint quamuis victrici cincta corona
 Tempora, sint quamuis omnia tuta tibi:
 Sumere ne nostra causa tamen arma graueris,
 Quò nobis spera sit quoque parte locus.

S C H O L I A.

*Serm. 5
 in fest.
 omn.
 sanct.* Non ita te queso) Absit absit, in
 Bernardus, à vobis, animæ sicut
 Ægyptia illa crudelitas pinc
 Pharaonis, qui in gratiâ pri
 restitutus statim oblitus est Ios
 sancti, qui in carcere tenebatur.
Num. 32. Sed tua sint) His versibus all
 ad illud libri Numerorū, vbi
 ra ea, quam tribus Ruben, G
 & dimidia tribus Manasse, p
 bant, ea conditione ipsis cont
 sa fuit, vt tantisper ab armis
 abstinerent, quoad reliqui I
 litæ promissâ sibi terrâ possed
 sent. Quod quidem nõ ineptè

opē eam referri potest, quā sancti
precibus suis nobis afferunt.

Aduersus hypocrisin.

29.

Quid magis est vanum, quā iusti nomen habere,
Cum procul à placitis sit tibi vita Dei?

Cūque lupus, cum sis Belial, turgescere mente:

Quòd tegat inmanem pellis ovina lupum?

Nam licet eximia, quòd non tua pectora cernat

Inscia turba, virum te probitate putet,

Quem capis hinc fructum? qualem, cum simia turpis

Nobilis esse leo dicitur, inde capit.

SCHOLIA.

Quid magis) Probitatē simulare fa- *Aug. lib.*

cile est, probū esse difficile, vt post *de mori.*

Lactantiū ait Augustin^o. Ac pro- *Eccles.*

fectò insignis est absurditas, po- *Cath.*

tiorem habere incertam, atque vt *Lact. lib.*

plurimū falsam, hominū opinio- *6. cap. 6.*

nem, qui Scriptura teste tantū ex- *I. Reg. 16*

terna intuētur, quā verū & in-

corruptū conscientię nostrę testi-

monium. In quo apertissimè se-

se prodit hominum leuitas ac